

DVBIVM X.

An sodomita gaudeat immunitate Ecclesie.

Videtur non gaudere, quia Anton. cap. inter alia, de immunit. Ecclesie sine, dicit, quod fugiens ad Ecclesiam propter delictum atrox non gaudet, & Auendaño lib. 1. de exequend. mand. Regum, cap. 22. num. 9. & Couar. 2. var. cap. 20. num. 8. dicunt, quod in grauissimis delictis confugiens ad Ecclesiam non debet gaudere eius immunitate, & refert Auendaño aliquos pro hoc, sed male; & probatur, quia casus exceptus à regula extenditur ad similes ex identitate rationis, cap. cum dilectis, de confirmat. utili, & ibi Panorm. num. 4. & Andreas Siculus cap. inuauit, de probat. & ibi Barbat. num. 19. Felinus cap. quoniam frequenter, in principio, ut lite non concess. Bald. cap. post translationem, de venum. n. 3. Sed in hoc est maior ratio, quam in exceptis, est enim enormis; ergo, & in terminis discutit hanc questionem Húmada part. 1. tit. 1. l. 4. glossa 8. & nihil definit; sed num. 5. sine, concludit tam in sodomia, quam in aliis criminibus enormibus, & atrocibus esse standum consuetudini.

At verius est gaudere. Probatur, quia cap. inter alia, de immunit. Ecclesie dicitur sic: Quantumcumque graua delicta perpetraverit, non est reus ab Ecclesia abducendus, nisi in casibus duobus ibi exceptis, & sic Panorm. ibi, num. 17. dicit decisionem illius capituli non esse extendendam ad alios casus. Idem Anton. Gomez tom. 3. var. cap. 10. num. 2. & Bossius tit. de captura, num. 32. dicit conclusum esse in senatu, quod nec etiam pro crimine læsæ maiestatis potest extrahi; & sic quantumuis crimen graue sit vltra ibi exceptos, non est extrahendus, & Montaluis part. 1. tit. 1. l. 4. dicit in nullis aliis casibus vltra ibi exceptos debere extrahi, quia immunitas hæc vt fauor Ecclesie debet ample intelligi, & Marianus Sozinius tract. de citationibus, artic. 17. num. 39. dicit, quod secundum Doctores illi tres casus excepti non extenduntur ad similes, & Faber §. fin. Infit. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris, num. 2. dicit, quod iure canonico omnes gaudent immunitate Ecclesie, exceptis casibus dicto cap. inter alia positis.

DVBIVM XI.

An vt confugiens ad Ecclesiam inde extrahi possit tanquam ea non gaudens, requiratur integra & plena probatio qualitatis delicti, ob quam non gaudet, vel sat sit simplena probatio, que sufficit ad torturam.

Gama 1. part. decis. 281. dicit, quod cum ipse ibi fuerit iudex in hoc casu cum aliis collegis doctissimis in supremo Portugallie senatu, pronunciauit sententiam sufficere probationem qualitatis delicti, ob quam illa immunitate non gaudet, licet probatio non esset plena, & talis, que sat esset ad penam ordinariam delicti infligendam, sed talis, que sat esset ad torturam, & dicit idem bis iterum esse iudicatum.

At dicendum est requiri plenam probationem, quia in dubio melior est possidentis conditio; cum ergo hic delinquens sit in possessione immunitatis Ecclesie, ea spoliari non debet in dubio. See

cundò, quia Gama ibi in fine, dicit, priorem sententiam esse dubiam, quia in alio simili, nempe in federe de remissione delinquentium, qui certa delicta fecerint, inter Reges Castellæ & Portugallie saepe vidit iudicatum, non faciendam esse, nisi constet de delicto per veras probationes, & tenet in terminis Auendaño lib. 1. de exequend. mand. Reg. cap. 22. num. 9. & numeris procedentibus affert multa similia ad hoc comprobandum, & n. 4. affert glossam finalem cap. inter, de purgat. canon. & Aretinum cap. cum non ab homine, de iudic. n. 63. Sed nihil ad rem faciens dicunt; tantum enim docent requiri plenam delicti probationem, vt clericus degradetur, & tradatur curie seculari, & Granata anno 1594. sic per sententiam Vicarij pronunciatum est.

DVBIVM XII.

An iudex promittens criminis impunitatem delinquenti, si ab Ecclesia exeat, teneatur ei seruare fidem.

Ita conclusio. Si delinquens ille non poterat siuere ab Ecclesia extrahi, quia gaudebat immunitate, non potest iste, nec alius iudex ponere illum corporaliter ob illud delictum: potest tamen siue iste, siue alius panis alia pena, quam corporis afflictionis. Ita Gregor. Lopez part. 1. tit. 1. l. 2. vers. per auct. de recho, & dicit intelligendum Iacobum de Bellatis, asserentem posse iudicem in isto casu talem delinquentem punire. Conclusionem istam videtur etiam docere Nauar. cap. 25. num. 2. vbi hæc dicit. Qui promittit delinquenti restituere ipsam Ecclesiam, aut doli vitare vt exeat, siue sit iudex, siue alia persona particularis, ad fidem seruandam tenetur. Idem quod Nauar. docet Antonius Gomez tom. 3. var. cap. 11. num. 7. Paz præf. tom. 1. p. 5. cap. 5. §. 3. n. 166.

Si verò delinquens iure poterat ab Ecclesia extrahi, Cynus & Fortunius, quos refert, & sequitur Couar. lib. 1. var. resol. cap. 2. in fine, dicens esse communiter receptos, & Anton. Gomez, & Plaza episc. delict. lib. 1. cap. 37. num. 10. asserunt & iudicem peccasse talem præstando fidem, & non teneri seruare. Addit Fortunius, secus esset si iudex non promississet criminis impunitatem, sed delinquentem restitutum Ecclesie, si ab ea exierit, secumque pergeret, fortassis vt ab eo seriem rei gestæ inquireret: tunc enim (inquit) tenetur ei fidem seruare, & Ecclesie restituere, licet ab ea iure extrahi posset. Sed hoc dicit Couar. sibi dubium videri, licet maximis rationibus probati possit. Vide infra cap. 3. de inquis. & supra dub. proced. in hoc eodem cap. 1.

DVBIVM XIII.

An vbi delinquens immunitate Ecclesie gaudet, liceat iudici ipsum intra Ecclesiam compedibus ligare, ne quò liberit fugere possit, vel Ecclesiam obsidere, ne tali delinquenti alimenta, victus, & vestitus deferantur.

Ita prima conclusio. Contra Ecclesiasticam immunitatem faceret, si talem delinquentem quomodo

quomodocumque in Ecclesia ligaret. Ita deduci potest ex cap. de iurim. 17. quæst. 4. & ex l. presenti. C. de his qui ad Eccles. confug. & tenent aliqui, quos refert, & sequitur Couar. 2. var. resol. cap. 20. num. 17. addens cum ipsis contrarium moribus receptum esse, & permitti posse, vbi ambiguum sit, debeat ne delinquens gaudere immunitate Ecclesie, modo vincula ab vtroque iudice, scilicet Ecclesiastico & seculari, iniungantur. Hanc etiam tenet Paz vbi infra num. 4. Idem habetur l. 2. tit. 1. part. 1. Inlius Clarus lib. 5. recept. §. in. 7. 30. vers. quæro modo. Limitat Paz num. 6. nisi dubium esset an gaudeat tunc enim poterunt poni custodes, ne delinquens inde exeat, donec causa decidatur, dummodo victus, aut requies ei non denegetur. Imò Greg. d. l. 2. vers. Cæcilio, etiam quando consistat gaudere, dicit posse poni extra Ecclesiam custodes, vt si inde exeat, capiatur.

Secunda conclusio. Vbi dubium est, an delinquens gaudeat immunitate Ecclesie, ecclesiastici iudicis est de hoc cognoscere: citato tamen ad id iudice seculari. Ratio, quia de re ad Ecclesia pertinet, ac de privilegio, quo ad ipsam confugiens gaudere debent, agitur. Ita Perez lib. 1. ordinum. tit. 10. l. 7. fol. 71. & conflat ex dictis supra dñb. 4. 5. & tenet Paz præf. §. 3. §. 3. num. 3. licet male num. 8. & sequentibus, dicat vtrumque iudicem debere de hoc cognoscere, & si discordes sint, vocandum tertium.

Tertia conclusio. In casibus, in quibus delinquens non gaudet immunitate Ecclesie, iuste potest eum abducere iudex laicus, etiam non petita licentia Episcopi. Ita Couar. ibi num. 18. citans aliquos, & dicens esse praxi totius Christiani orbis receptum. Id ipsum tenet Paz supra num. 2. Iulius Clarus supra num. 10. vers. quæro nunc. Auendaño 1. p. cap. 21. num. 9. Pretorium, qui addit hoc intelligendum, quando per veras probationes, quod illud crimen commisit, & citat Anton. à Gama, quod sufficiat semiplena probatio delicti ad extrahendum ab Ecclesia, quem dicit omnino videndum. Contrarium tenet Anton. Gomez 10. mo 3. var. cap. 110. num. 3.

Vltima conclusio. Vbi delinquens gaudet immunitate Ecclesie, non potest licite iudex secularis Ecclesiam obsidere, ne ad ipsum victus, vestitus, & alimenta deferantur. Ita iubetur l. presenti, C. de his qui ad Eccles. confug. & l. 2. tit. 11. part. 1. vbi Gregor. Lopez & Host. & Montaluis, & Panorm. Guido, Ioannes Ingeus, quos refert, ac sequitur Couar. dicto lib. 1. 7. dicens esse communem, & hoc obsidere esse immunitatem Ecclesie omnino violare. Perez d. l. 7. fol. 72. Armil. verbo immunitas, num. 16. Angel. verbo immunitas num. 21. & hi duo Doctores dicunt peccare mortaliter talem iudicem. D. Anton. 3. p. tit. 12. cap. 3. §. 1. dicens talem iudicem esse vltimo supplicio puniendum, Syluest. immunitas, §. 9. 8. dicit idem; & addit esse etiam excommunicandum. An verò possit iudex gaudenti immunitate Ecclesie auferte in ca arma, vide Ludouicum Rodolphinum de potest. Princip. l. 2. tota q. 36.

DVBIVM XIV.

Esse iudex laicus non possit fugientes ad Ecclesiam inde abducere, an possit ab eis arma legibus vetita intra Ecclesiam auferre. Th. Sanchez Confil. moral. Tom. II.

Respondet Couar. citans aliquos 2. var. resol. cap. 20. num. 18. & Paz præf. 1. tom. 3. cap. 3. num. 149. posse quidem. Ratio, quia is qui fert arma vetita intra Ecclesiam, delictum istud in Ecclesia committit. Vnde à iudice seculari puniendus, aut faciens armis priuandus erit: dicit etiam apud Hispanos vsum obtinuisse, vt clerici cum armis ipsis deprehensi à ministris iudicis secularis armis spoliarentur, quòd iuste fieri potest, cum alioquin si à iudice seculari id non fieret, liberam haberent clerici facultatem arma vetita deferendis, & maxima ab his Ecclesia liberius perpetrarentur; pena tamen (inquit citans aliquos) que ob talem amorem vltim legibus infertur, à clericis exigenda est coram iudice ecclesiastico.

DVBIVM XV.

An ratio delicti fiat peccator subditus iudicis illius loci, in quo deliquit.

Prima conclusio. Quantum ad forum contentiosum homo fit subditus iudici loci illius in quo delictum commisit. Hæc conclusio est certa, & expresse habetur in iure, & in praxi; cap. significasti, & c. fin. de foro compet. §. 1. l. c. ubi de crim. ag. oport. Ratio, quia ibi est necessarium exemplum, & timor, qui lumitur ex delicti punitione, vbi sit scandalum. Item, quia illi republica facta est iniuria, Item, quia melius in eo loco examinabitur delictum.

Circa hanc conclusionem nota, ex ipsa sequi reum esse remittendum in criminibus ad locum vbi delictum admisit, vt ibi includitur, & puniatur. Sic c. 1. de raptor. & Clement. Pastoratus, de re iudic. quod intelligitur, quando iudex ille iudicet, quòd si non petat, potest libere iudex domicilij remittere, vel non remittere: & aliqui funt casus, in quibus est petat, non tenetur remittere, quod explicat Couar. qu. 1. præf. cap. 1. num. 6.

Secunda conclusio. In foro conscientie & sacramentali non foritur qui forum ratione delicti. Vnde ob hanc solum rationem non tenetur, nec potest confiteri parochio illius loci, in quo deliquit, sed propius illius sacerdos potest illum absoluerè à peccatis toto orbe perpetratis. Contra hanc conclusionem tenent aliqui, scilicet Palud. 4. d. 5. quæst. 3. Host. tit. de panis. §. qui confitentiam, vers. 5. Angles floribus, quæst. rheolog. 1. part. mat. de confess. fol. 293. asserentes posse quem confiteri illi sacerdoti, in cuius parochia deliquit. Sed nostra conclusio est certa, quia hoc non habetur ex iure diuino, nec ius humanum loquitur de foro conscientie, & illam tenent Panormitan. cap. cum coringati, de foro compet. glossa cap. placuit 116. quæst. 1. Nauar. cap. placuit, de panis. d. 6. num. 82. 83. Syluest. Confessor. 1. §. 1. Couar. quæst. præf. cap. 1. num. 3. Tabien. excommunic. 4. sine. Duenas plures citans, regula 378. limit. 1. & communij Doctorum sententia.

DVBIVM XVI.

An exempti ratione delicti sortiantur forum, ita vt subiciantur illius loci iudicibus.

Nota primò, quòd exemptus dicitur ille, qui potuit exemptione, id est, libertate, qua eximitur

mitur à iurisdictione, & subiectione ordinarij, ita ut maneat vel soli Papæ subiectus, vel etiam suo Prelato, & sic ad solum Iapani proprie pertinet facere exemptos, cap. cum persona, de privileg. in 6. Syluest. verbo exemptio, §. 1.

Secundò nota duplicem esse exemptionem, vnam localem, alteram personalem. Personalis est, quando personæ ipsæ per se, & non ratione loci eximuntur à iurisdictione: vt si concedatur Canonici alicuius Ecclesiæ, quòd non possint excommunicari, nec interdicti: tunc ipsi solum manent exempti, & non Ecclesia. Localis est, quando ipsa libertas conceditur alicui loco, vt si hospitali, vel monasterio concedatur, quòd non possit interdici, tunc solus locus manet exemptus; personæ verò, quæ in ipso morantur, aliquo modo manent exemptæ, non omnino, & per se, sed ratione loci, id est, quatenus loci libertas exigit, v. g. quia locus non potest interdici, personæ manent liberæ ad celebrandum in eò diuina officia, cap. per exemptionem, de privileg. in 6. cap. cum capella, de privileg. vbi notant Doctores, quòd exempta Capella non manent Capellani exempti in vniuersum, sed quatenus exercent officium in Capella. Item in exemptione locali priuilegium exempti non extenditur extra locum, quia est reale, secus in personali. Syluest. quæst. 5.

Circa hoc dubium sunt varij dicendi modi. Quidam dicunt, quòd exempti subiciuntur ratione delicti iudici illius loci, in quo delinquant. Sic simpliciter affirmat D. Thom. quæst. 67. 2. 2. art. 1. ad 3. & pro hac sententia facit cap. volentes, de privileg. in 6. vbi dicitur, quòd exempti ratione delicti alibi admissi, vel ratione contractus alibi initi, aut ratione rei alibi possessæ, possint coram ordinario illius loci conueniri, quando talis locus non est exemptus, sed est extra locum suum exemptum. Sic etiam docent Abbas, & Felinus, intelligendo hoc caput in vniuersum de omni exemptione siue ratione loci siue ratione personæ.

Alij verò dicunt, hoc non esse intelligendum de exempto ratione personæ, sed de exempto ratione loci, & de hoc loqui prædictum caput, cum exemptionis priuilegium est certo loco circumscriptum. Quòd si tamen aliquis ratione personæ eximitur ab ordinariis, non poterit ratione delicti iudicari à iudice illius loci, in quo delinquit. Sic Anton. cap. vlt. de foro comper. quem sequitur Couar. quæst. præf. cap. 1. 1. num. 5. & Syluest. verb. exemptio, num. 4. & quæst. 9. Angel. eodem verb. num. 1. Sit

4 Prima conclusio. Stando in solo iure communi edito in d. cap. volentes, certum est, quòd exemptus ratione solius loci potest iudicari ab ordinario ratione delicti, quòd extra locum exemptum admisit, vel quando in loco non exempto contractum inuit, vel in tali loco rem possidet, vel res existit. Ita conueniunt Doctores vtriusque sententiæ. Item probabile est, stando in eodem iure communi, idem dicendum esse de exemptis pro priuilegia personalia, vt tenent Doctores primæ sententiæ.

5 Secunda conclusio. Iam ex speciali gratia, & priuilegio cum derogatione dicti cap. volentes, concessum est mendicantibus, & pluribus aliis religionibus, quòd omnino sint exemptæ à iudicibus ordinariis, ita vt nec ratione delicti, nec ratione rei habitæ extra loca exempta, nec ratione

contractus possint iudicari ab ordinario. Sic D. Anton. 3. part. 16. cap. 9. §. 1. Caiet. 2. 2. quæst. 67. art. 1. Syluest. verbo exemptio, 1. 10. Nauar. cap. non dicatis, 1. 2. q. 1. n. 95. & 96.

Sed circa hanc conclusionem nota duo. 6 Primò nota, quòd licet iudex ordinarius non possit exemptum à sua iurisdictione iudicare, nec aliqua censura, nec pena afficere, si tamen illi non sit nota exemptio, potest examinare exemptionis priuilegia, & religiosi alicui exempti tenentur ea offendere ordinariis, si priuilegia non sint publicata, vel longo tempore præscripta, vel nota ordinariis, quòd si exemptus nolit ea offendere iudici, dato ad id congruo loco & tempore, iudex potest procedere contra ipsum, & eius sententia tenet, & ligat exemptum, cap. cum persona, de privileg. in 6. at si sunt iam publicata, & iudici nota, vt priuilegia mendicantium, tunc exemptus non tenetur ea offendere, nec comparere coram ordinario, nec sententia contra eum lata tenebit, ex clement. pastoralis, ita Panorm. cap. cum ordinem, de res.ript. n. 6. Richard. 4. dist. 18. D. Anton. vbi supra, in principio, Syluest. §. 8. & 9.

Secundò nota, quòd dicta conclusio intelligitur, quando priuilegia exemptionis non sunt abrogata, nam contingit per leges, ordinationes, aut bullas denuo editas, multa priuilegia præterita abrogari, vel in vniuersum, vel in partem, & licet priuilegia ipsa contineant clausulas, quòd non possint abrogari, nisi de ipsis fiat mentio, satis est, quòd lex derogans dicat, quòd derogat priuilegia quæcumque, non obstantibus quibuscumque clausulis, &c. quamuis non faciat mentionem in speciali, nec referat de verbo ad verbum, intelliguntur tamen abrogata. Canones de hoc sunt in iure, in quibus non obstantibus priuilegia exempti subiciuntur ordinariis, quoad aliquos casus, vt in cap. ad abolendam, de hæret. & gloss. cap. 1. de privileg. refert alios duos casus, scilicet quando exempti post vota contrahunt matrimonium, & quando religiosi de proventibus Ecclesiarum parochialium, quarum sunt patroni, non dant iusticiens stipendium Rectoribus earum, sed canones, quos citat, id non explicat.

Vltima conclusio. Hoc distat inter exemptos 8 degentes intra, vel extra monasterium, nam degentes intra, super nulla causa possunt conueniri coram ordinariis: degentes verò extra, in ciuilibus causis mercedum, & miserabilium personarum possunt coram ordinariis conueniri, vt dicitur Concil. Trident. sess. 7. cap. 14. Item degentes intra, non possunt puniri propter delicta ab ordinatione, nisi quando extra monasterium cum populi scandalo delinquant, & non puniantur à suis Prelatis monitis ab ordinariis, vt id faciunt: vt docet Concilium Trident. sess. 25. cap. 14. degentes verò extra, possunt puniri ab ordinario, propter sua delicta, vt à contrario sensu colligitur ex Concilio Trident. ex eodem loco. Ita docet Nauar. loco citato; ex quo potest, vicarium cuiusdam Episcopi non potuisse cognoscere de quodam censu, qui petebatur à quadam religione habente exemptionem cum derogatione dicti cap. volentes.

An verò exempti, vt religiosi, & alij possint 9 subici iudicio ordinationum, dixi latè lib. 4. summa cap. 39. per totum.

DVBIVM XVII.

An iudici liceat iudicare contra veritatem, quam nouit propterea, qua in contrarium proponitur.

Nota dupliciter posse contingere, probationes esse contra veritatem notam à iudice, vel quando reus vere fecit delictum notum à iudice, tamen ex legitimis probationibus apparet innocens, & tunc omnes conueniunt non licere iudici damnare reum propter veritatem à se cognitam. Alio modo quando iudex vere scit aliquem innocentem esse, & tamen legitime probatur testibus innocentem esse, & hoc veritatem in dubium, an possit & teneatur illum damnare, varæ sunt sententiæ.

1 Prima sententia tenet in nullo casu, nec in vlla causa ciuili, vel criminali, licere iudici talem damnare, sed teneri ipsum absolueret, vel cessare à iudicando. Ita Hugo 1. prætor. ff. de iuris. omni. iud. Panormitan. & Calder. cap. pastoralis, de offic. deleg. Angel. verb. iudicare, num. 7. Lyra Exodi 23. Arbor. lib. 9. Theophyl. cap. 20. & alij, quos Couar. refert.

2 Secunda sententia est, quòd in causis ciuilibus bene potest iudex iuxta probata iudicare, non tamen in causis criminalibus Ita Adrian. in quolib. q. 6. art. 3. Immola, & alij Iurisperiti, à Dino Pios. ff. de re iud. Host. Innocent. Felin. d. c. pastoralis.

3 Rationes, quibus vtraque fulticit opinio, sunt prima, iudicare contra veritatem est contra ius naturale, & diuinum; ergo non licet. Item, vtilius nasci scandalum permittitur, quam veritas relinquantur. cap. qui scandalizauerit, de regulis. in 6. Item probationes iudicæ ordinantur ad hunc finem, scilicet veritatem manifestandam: ergo si ad falsitatem inducant, non sunt admittende. Pro secunda opinione est ratio peculiaris Adriani, quia nullus homo est dominus vite, & membrorum; ergo ex consensu, & auctoritate reipublice non potest iudex habere auctoritatem ad damnandum innocentem in criminalibus, propter probationes in contrarium inductas, quia non potuit transferre in rempublicam dominium, seu potestatem, quam in se non habebat: verò in ciuilibus, quia homo est dominus bonorum, potuit talem auctoritatem tribuere. Et in hoc sensu intelligunt cap. pastoralis, de offic. deleg. vbi dicitur, quòd iudex exequatur sententiam delegati contra innocentem, non in criminalibus, quòd esset iniustum, sed in ciuilibus sic exponunt hoc cap. Panorm. Felin. Alciat. Anchar. & alij.

4 Alia opinio est, bene posse, & teneri iudicem iudicium ferre, & damnare contra veritatem à se cognitam innocentem, qui iuxta allegata & probata noens est, quando non potest medium iudicium inuenire, quo se possit secundum leges excusare. Probatum ratione D. Thom. 2. 2. quæst. 68. art. 2. scilicet, quia cum iudex sit persona publica, & potestas, qua iudicat, sit publica, debet sequi in iudicando scientiam publicam, & non priuata, id est, quòd sibi innotescit tantquam iudici per modum iure & legibus constituta, & approbata. Item, quia contra leges non admittitur probatio in contrarium; ergo nec contra probationes legitimas admitti debet noticia particularis contraria. Sunt etiam alie rationes, Tb. Sanchez. Consil. moral. Tom. 11.

quas afferunt Doctores citandi. Ita tenent D. Thomas 2. 2. quæst. 67. art. 2. & Caiet. ibi, Salzedo in addit. ad Bernard. Diaz, regala 377. Matienzo dialogo rebot. 3. part. cap. 42. Pinel. l. 2. C. ue. res. ind. vendit. 3. part. cap. 3. mon. 33. Iulius Clarus præf. crimin. lib. 5. §. in. quæst. 66. num. 3. Gratian. in regul. iuris, regula 54. in. licet man. 1. hoc limitet, & dicat esse verum ad absoluerendum, non tamen ad damnandum innocentem. Turretrem. cap. iudicet. 3. quæst. 7. mon. 1. Ricard. quæst. 5. quæst. 25. & 4. dist. 18. art. 2. quæst. 2. c. 1. Henricus 3. quæst. 25. Alentis 3. part. quæst. 40. memb. 6. art. 2. & quæst. 34. memb. 1. art. 4. Tabien. verbo iudicare, num. 5. Syluest. iudex 2. quæst. 5. Arnil. verb. iudex, num. 6. Abulen. cap. 23. Exodi. q. 6. & 2. Paralipp. quæst. 45. D. Anton. 3. part. tit. 9. cap. 2. §. 6. & cap. 5. §. 2. Vigner. lib. in. iust. cap. 5. §. 2. vers. 3. Corduba lib. 1. quæst. 9. 37. Maior. 3. dist. 33. quæst. 4. Sotus lib. 5. de iust. quæst. 4. art. 2. Couar. lib. 1. var. res. cap. 1. a. num. 4. per plures, glossa cap. 1. de offic. ordin. & dicto cap. iudicet, & plures vtriusque iuris Doctores, quos refert Couar. n. 6. Nauar. cap. si quis iurum, de penit. dist. 7. n. 128. & in summa cap. 25. n. 9. & 10. Perez lib. 5. ordinat. 2. fol. 107.

Verum licet auctores huius tertie opinionis, 6 quæ communis est, in hoc conueniant, tamen differunt in remediis, quibus vti debet iudex antequam ad sententiam prolationem veniat. Quidam dicunt, quòd si potest, tenetur renunciare officium, quando non sufficeret ad liberandum examinare diligentius testes, nec ad superiorem remittere: verum si renunciare non possit, potest & tenetur secundum probata iudicare. Ita Syluest. vbi supra.

Alij dicunt, quòd in eo casu si iudex habet 7 superiorem, debet coram populo iurare, sub consistate de opposito, & ideo velle illam causam remittere ad superiorem, & similiter coram ipso superiori deberet iurare veritatem, quam nouit, vt sic liberet innocentem. Ita Caiet. 1. 2. q. 67. art. 2.

Alij dicunt debere remittere causam superiori 8 iudici, & si hoc non potest, non peccare damnando: Ita D. Thom. 2. 2. q. 64. art. 6. ad 3. Tabien. verbo iudicare, num. 5. & intelligitur in hoc D. Thomas (vt explicat Caietan. vbi supra,) non quòd remittat, & tradat reum conuictum superiori iudici, id enim esset morti exponere, sed quòd se exoneret negotio, si potest, relinquendo coram aliis, vt si voluit recurrant ad superiorem.

Alij dicunt, nec teneri iudicem cedere officio, 9 nec etiam ad superiorem remittere, & quia habet iudex potestatem terminandi causam, & sic si non potest aperire falsitatem probationis, potest eum damnare, quamuis non teneatur remittere, debet tamen id facere, quando reus esset persona insignis, & delictum infame. Sic Sotus, Couar. vbi supra num. 9.

Sit tamen prima conclusio. Quando negotium 10 innocentis agitur extra iudicium, vt contingit in distribuendis officiis, & oneribus in conferendis beneficiis, dispensationibus, ordinibus, & aliis huiusmodi, quæ arbitrio, & prudentia iudicis committantur, non tenetur probata sequi, sed veritatem, quam ipse certo nouit. Ratio, quia in his rebus non consilium datur à legibus sequi probationes. Sylu. vbi supra, dicens id esse apud omnes certum, & quidam iuniores docti.

- 17 Secunda conclusio. Princeps supremus, qui potestatem habet leges condendi, & conditas derogandi, potest sententiam dicere iuxta propriam, & priuata scientiam, tamen contrarium in iudicio probatum sit. Ratio, quia legislator non ligatur ius legibus, & ita potest hac potestate uti. Ita Bart. Albericus, Felinus, Cynus, quos refert, & sequitur Couar. lib. 1. var. cap. 1. num. 7. sine, Corduba lib. 1. quest. 9. 37. sine. Aduerte tamen hoc citra scandalum fieri debere; quare Princeps publice coram populo propriam scientiam manifestare debet, quo populo satisfaciatur, ut notant Caiet. 2. 2. quest. 67. art. 2. Sotus, Couar. & Corduba ubi supra. Imò Oroscius illicitis, §. veritas, ff. de offic. pref. num. 12. & infra dicit idem esse in notariis Principum; sed ipsum reprobant Matienzo, & Gratian. ubi supra, quia hi non possunt leges derogare. Addunt autem Couar. & Cord. Principem hac in specie acquiescere, si reum iuxta ipsius Principis scientiam, innocentem tamen, iuxta allegata immunem à pena iudicauerit, nisi delictum ita atro, & reipublice perniciosum esset, ut maxime bono communi expedit eius auctorem publicè punire.
- 12 Tertia conclusio. Iudex inferior antequam secundum probata iudicet eum, quem certò nouit esse innocentem, tenetur media, & cautelae commodas adhibere, ut sic defendat illum, v. g. suo ingenio se iurare, iterum, & exactius examinando testes & instrumenta, interrogando de tempore, loco, & forma, ut vel sic testium falsitatem deprehendat. Ita omnes Doctores pro tertia sententia citati, in hoc enim omnes conueniunt, ut notat Corduba d. 47. in principio.
- 13 Quarta conclusio. Si per remissionem talis innocentis ad iudicem superiorem probabile esset eum à morte liberandum esse, probabilis est teneri iudicem remittere. Ratio, quia licet officium iudicis ad id non obliget, verum ex communi charitatis lege, tenetur quis quando citra suum magnum detrimentum, potest proximum à morte liberare; sed hoc potest iudex in hoc casu: ergo. Sic Syluest. ubi supra, Corduba d. quest. 37. vers. ex hac opinione sequitur, & innuunt valde D. Thom. Alenf. & Tabien. Caiet. ubi supra, & tenet etiam Innocent. cum multis aliis, quos refert Panorm. cap. pastoralis, de offic. deleg. idem tenet Viguer. ubi supra.
- 14 Quinta conclusio. Quando prædicta media non sufficiunt, non tenentur iudices renunciare officium vt vident damnationem talis innocentis. Ratio, quia cum quis patitur damnum ex malitia alterius, non tenetur cum tanta iactura propria illum liberare, sicut si per se esset necessarium. Ita contra Syluestrum tenet Sotus, & Caiet. ubi supra, Corduba d. quest. 37. vers. secundo corollarie sequitur.
- 15 Vltima conclusio. Quando dicta media nihil profunt, non tantum potest, verum etiam tenetur iudex inferior sententiam ferre iuxta allegata, & probata, quidquid in contrarium vt priuatus sciat. Hac conclusio est tertie opinionis; patet eius rationibus, quas omnes vna cum argumentorum solutione inuenies in Caietano, Soto, & Corduba; consule ibi Couar. ubi supra, num. 9. Viguer. ubi supra.
- 16 Nota tamen circa hanc conclusionem Guidonem (vt refert Couar.) asserere supremos senato-

res, qui regis prætoris assistunt, non teneri iudicare secundum probata, quando priuata scientia oppositum norunt. Sed melius Couar. ubi supra, num. 7. vers. tertium, oppositum docet, quia hi iudices nullam habent à Principe potestatem derogandi legibus.

D V B I V M X V I I I.

*Vtrum sicut iudex, ita & minister possit exequi sententiam contra veritatem sibi cognitam.*

**D**Vo in hac re certa sunt. Primum est, vbi sententia notoriam iniquitatem, vel intolerabilem errorem habet, non tenetur, imò nec potest exequi exequi. Notoriam (inquit) non tantum sibi, sed etiam aliis. Ratio, quia præcipit iudex rem aperte iniustam, & nulla potest excusatio fingi. Patet ex cap. pastoralis, §. quis vero, de offic. iudic. deleg. & cap. inter caeteras, de re iudic. Ita D. Thom. supra quest. 64. art. 6. ad 3. Caiet. 2. 2. quest. 67. art. 2. sub finem. Syluest. index 2. q. 6. Tabien. verb. iudicare, num. 6. Angel. ibi, num. 8. Armil. verb. iudex, num. 37. D. Anton. 3. p. 111. 9. cap. 2. §. 7. Nauar. cap. 25. num. 14. Cordub. lib. 1. quest. 37. §. tertio corollarie, Alenf. 3. p. quest. 34. memb. 1. art. 4. Richard. quodlib. 3. quest. 1. 5. Couar. lib. 1. var. cap. 1. n. 1. o. referens plures.

Secundò certum est, quòd vbi dubius esset minister de iustitia sententiæ, tenetur eam exequi. Ratio, quia in dubio parendum est superiori, cap. quid ergo, 21. quest. 3. & cap. cum consuetudine, 23. quest. 1. Item, quia ministri non est dilucere iustitiam sententiæ, sed merè exequi. Ita ferè omnes citati.

At in duobus versatur difficultas. Primum est, an cum iudex iuxta allegata, & probata sententiam protulit aduersus eum, quem minister scie innocentem, teneatur minister sententiam exequi. Duplex est sententia.

Prima dicit, nec teneri, nec posse exequi, fundatur in rationibus, quibus probatur iudicem non posse damnare innocentem, si probetur legitime esse reum. Ita Angel. ubi supra, & alii, quos refert Syluest. & idem D. Anton. innuit, ubi supra.

Secunda sententia ait, posse & teneri exequi, 4 quando non potest commodè se excusare ab executione talis sententiæ. Ratio, quia iudex in hoc casu iuste præcipit, nec obest scientia priuata ministri; quia sententia ferenda est iuxta probata, non obstantè notitia priuata oppositi. Ita Sylu. Caiet. Corduba, Alenf. Richard. Armil. ubi supra, & hæc sententia teneunda est iuxta tertiam sententiam, quam dub. præced. defendimus.

Secundum, in quo est dubium, an cum minister certus est, quòd sententia est iniusta, non tamen hoc est aliis notorium, sed ipse solus scit, tenetur eam exequi. Ratio dubitandi est, quia d. cap. pastoralis, §. quis vero, sic habetur: Si delegatus iubeat ordinario, vt sententiam exequatur, teneatur illum exequi, licet sciat esse iniustam, si ab executione excusare se non possit. Triplex est sententia.

Prima dicit, quòd si sententiæ iniquitas soli exequitori nota & certa sit, potest eam exequi quando commodè se excusare non potest, nisi officio cedat: patet ex d. cap. pastoralis. Item, quia exequitor

- quor tantum vtur ministerialis potestate à potestate publica mota. Item, quia sententia iudicis licet iniusta, dum tamen iniustitia non est in se manifesta, licet mihi manifesta sit, nec intolerabilem errorem continet, valida est, vt bene docet Soto lib. 5. de iust. quest. 7. art. 4. ad 2. Caiet. 2. 2. quest. 70. art. 4. ad 2. ergo minister, cuius sententiam validam est exequi, ad id tenetur, quando se excusare non potest: non est enim suum iniustitiam dilucere. Ita tenet Caiet. Corduba ubi supra, Couar. lib. 1. var. cap. 1. o. Idem tenent aperte glossa d. cap. pastoralis, vers. & si sciat. Nauar. ubi supra, num. 14. & 15. dicit enim, quòd si sententia est iniusta, at valida, tenetur minister exequi, at verò si taliter est iniusta, vt sit nulla (explicat Nauar. quia continet notoriam iniquitatem, vel intolerabilem errorem) non tenetur exequi. Eandem sententiam aperte innuunt D. Thom. & Tabien. Richard. ubi supra, nam solum dicitur ministrum tunc non teneri exequi sententiam, quando manifestam iniustitiam, vel errorem intolerabilem continet, & hanc sententiam latius probat Couar.
- 6 Secunda sententia tenet ministrum teneri exequi sententiam iniustam, quæ valida est, & in causis civilibus, secus in criminalibus. Ita Panorm. cap. pastoralis, §. quia verè, num. 2. referens Innocentium.
- 7 Tertia sententia absolute dicit, non licere ministro exequi sententiam quam nouit certò iniustam esse. Ratio, quia superiori iniustum præcipienti obtemperandum non est. Ita Syluest. ubi supra, Felin. & Alciat. quos refert Couar. Ex his sententiis, prima vt communior & expressa dicto cap. pastoralis, est amplectenda.

D V B I V M X I X.

*An cum iudex certò nouit aliquem esse innocentem, qui tamen iuxta allegata & probata nocens est, possit illi occultè ianuam carceris aperire, vt sic ipsum à morte eripiat.*

**R**espondetur vtrique licere, si id absque scandalo fieri possit; quia nulli iniuria itrogatur: siquidem ille verè innocens est. Ita Sotus lib. 5. de iust. q. 4. art. 2. vers. secunda conclusio. Alenf. 3. p. q. 34. memb. 1. art. 4. ad 1. Corduba lib. 1. q. 37. vers. ex hac opinione.

D V B I V M X X.

*An possit iudex aliquem condemnare, si accusator non sit.*

**R**espondetur, in criminalibus non posse. Ita D. Thom. 2. 2. q. 67. art. 3. Ratio, quia iudex est iustitia animata: iustitia autem est inter duos, ergo vt iudex condemnet, oportet vt interueniant duo, quorum alter sit actor, alter verò reus. Hæc D. Thom. loco citato.

Nota tamen primo, quòd licet prædicta D. Thom. ratio de causis criminalibus tantum loquatur: at idem sentit, & probat etiam in causis civilibus; sed quia in istis est euidentiùs, quia petitur bonorum restitutio, quæ ab aliquo peti debet, ideo exemplum posuit in criminalibus, vbi maior erat dubitandi ratio. Ita Caietan. 2. 2. q. 67. art. 3. Sotus lib. 5. de iust. q. 4. art. 3.

Secundò nota, hoc, quòd absque accusatore procedi non possit, non esse de iure naturæ, sed de iure humano, est tamen valde consouum iuri naturali, & diuino, ita præcipitur cap. legitimus, de accusat. & illicitis, ff. de offic. pref. Ita Sotus ubi supra latius probans.

Tertio nota, quòd etsi accusator sit necessarius ad puniendum in iudicio, non tamen ad punitionem, quæ via correctionis, & exera iudicium sit, quare parentes filios, & domini seruos punire possunt communibus suppliciis, absque accusatore, quia ista ordinantur ad delinquentis emendam, & non ad iustitiam vindicatiuam, & satisfactio-nem partis, & Reipublicæ. Idem etiam est in Præ-latis Religiosorum in delictis minoris momenti, quæ tamquam patres castigant, secus in grauioribus, vbi carceribus opus esset. Ita Sotus ubi supra, & docti iuniores. Idem docet Sotus, posse fieri à iudicibus secularibus in leuioribus, vt patet l. c. in ff. de accusat. vbi leuia audiunt, & discutere de plano iubentur; secus tamen esset, vbi carceribus opus esset.

Quarto nota, aliqua esse præter hominem, cuius proprium est aculeare, vicem accusatoris habentia, quæ refert D. Thom. 2. 2. q. 67. art. 3. ad 2. vbi & Caiet. Sotus ubi supra ad 3. & docti recentiores, quæ quidem sunt quatuor. Primum notorietas criminis: patet ex cap. euidentia, de accusat. & cap. manifesta, 2. c. 1. Secundum est infamia delicti, non quidem quòd hæc sit iustificans ad reum puniendum; sed est ad inquirendum contra ipsum absque alio accusatore (Sotus idem dicit de iudiciis, quòd de infamia, sed fallitur, vt infra in cap. de inquisitione videbitur). Tertium est denunciatio canonica, quæ fit ad euitanda damna, qualis est ea, quæ Inquisitoribus fit. Quartum cum via correctionis fraternæ proceditur, & reus euangelica denunciatione denunciatur Prelo ad emendam, & ab illo correctus fuerit rebellis, tunc rebellio accusatoris vicem gerit, vt possit Prælati absque alio accusatore talem reum punire, vt infra cap. de denunciatione, patebit.

D V B I V M X X I.

*An iudex possit dispensare in pena per legem statuta, illam totaliter remittendo, vel augendo, vel minuendo.*

**N**ota quòd pena aliquando est taxata in lege, aliquando verò non, sed committitur arbitrio iudicis, & tunc dicitur arbitraria. Secundò nota ex duplici causa posse euenire, vt remittatur pena legis, scilicet, vel ex sola voluntate & indulgentia iudicis, vel ex aliqua causa iusta, aut circumstantia, quæ delictum ipsum minuit.

Sit prima conclusio. Totaliter penam legis remittere nullo modo licet iudicibus inferioribus, Ratio, quia cum sint legibus subiecti, non possunt in illis dispensare: at ille cogunt iudices, vt penas exequantur. Item, quia iniuriam irrogant parti læsæ, & licet pars læsæ non sit, irrogant reipublicæ iniuriam; datur enim ansa delicta perpetrandi. Ita D. Thom. 2. 2. q. 67. art. 4. Sotus lib. 5. de iust. q. 4. art. 4. Castro lib. 2. de lege penall. cap. 1. 3. conclus. 1. Syluest. index 1. quest. 11. Armil. ibi num. 31. Tabien. verbo dominus, num. 10. Hoff. quem refert, ac sequitur D. Anton. 3. part. tit. 9. cap.

cap. 2. §. 5. Turrecrem. cap. omnis. dist. 45. num. 4. & docti recentiores.

3 Secunda conclusio. Iudex supremus, vt Rex, potest totam remittere penam, non tamen pro hito suo, sed quando pars laesa remittit, & inde damnum non sequitur Republicae. Ratio, quia cum sit legislator, respicit ea quae iusta in lege dispensare. Ita omnes Doctores citati, Nauarr. cap. 2. §. num. 1. 4. Castr. d. lib. 2. cap. 1. 2. §. contra hanc secundam. Felinus cap. qualiter, §. ad corrigendos, de accusat. & praefati recentiores.

4 Circa hanc conclusionem nota primò ex Syluest. & Castro ibi, quòd pena aliquando posita est pro solo bono communi, & tunc sine consensu alicuius, potest Princeps remittere, modò damnum non sequeretur inde bono communi. Aliquando imponitur pro bono communi, & etiam priuato alicuius, & tunc non fat est ad remittendum, non sequi damnum bono communi, sed oportet etiam, vt iniuria passus consentiat tali remissioni. Idem docti iuniores.

5 Secundo nota, quòd tunc potest iudex supremus remittere penam consentiente laeso, quando reus vnum tantum delictum ex fragilitate commisit, non multum atrox, nec cum graui scandalo: tunc enim, si aliquando fiat & raro, non sequitur nouementum Republicae: verò esset homo scelerosus, vt insignis latro publicus, &c. non liceret. Ita Sotus ubi supra, & Caiet. in summa, verb. iudici peccata, dicit mortale peccatum contrahere Regem, qui hinc à pena eximeret, & Nauarr. ubi supra, dicit grauilime peccare. Idem praefati iuniores.

6 Tertio nota, quòd etiam pars laesa non remittit, potest iudex supremus in aliquo casu raro relaxare penam reo, quando esset homo nimis necessarius bono publico. Ita Castr. Sotus, Syluest. Armil. Nauarr. ibi, & praefati iuniores.

7 Tertia conclusio. Iudex inferiorum potest penam à lege determinatam abique causa iusta minuire, vel augere. Patet rationibus primae conclusionis, & in hac conueniunt Doctores omnes citandi.

8 Dubium tamen est, an ex causa possit talem penam aliquando minuire. Duplex est sententia. Prima tenet non posse etiam ex iusta causa, nisi quando crimen, ob quod incurritur, tale est, vt super ipso liceat iudici inferiori dispensare. Ita gloss. cap. 1. de penis. Innoc. Ioan. Andr. Anch. Ant. ibi, Henricus cap. in Archiepiscopatu, de raptorib. Felin. de cap. qualiter, num. 35. Sylu. index. 1. q. 1. 1. Angel. verb. pena, num. 18. In hanc videtur inclinare Gregor. Lopez. l. 8. tit. 31. part. 2. de falsibz.

9 Secunda sententia oppositum tenet.

10 Quarta conclusio. Probabilius est posse iudicem inferiorum ex causa iusta penam per legem taxatam temperare, patet. quid ergo, §. pena grauior, ff. de his qui notant. infam. l. c. si scilicet, & l. si possidendum. c. ex quibus causis irrog. infam. Idem inuit part. 7. tit. 3. l. 8. sine. Host. quem refert, ac sequitur Turrecrem. ubi supra, num. 6. Castr. d. l. 2. cap. 1. 3. concl. 2. Tabien. ubi supra, Simanc. lib. 1. tit. 46. num. 7. 9. Perez lib. 3. ordin. tit. 16. l. 9. §. lib. 1. tit. 1. l. 3. pag. 788. Auiles cap. 1. Praetorium, de ff. de rebus alicuius, Couar. lib. 2. var. cap. 9. num. 8. plures referens. Idem tenent docti recentiores Magistri.

11 Nota, hic plures esse causas, ob quas potest

temperari pena delicto praefixa. Prima est aetas, vt pueritia, vel auxilium, §. in delictis, ff. de minor. Item senectus, l. diuini, §. de termino motu. Secunda causa est paupertas, quando pena est pecuniaria, l. illicitus, §. ult. ff. de offic. praesid. Tertia est doli defectus; quia scilicet non ex deliberatione, nec consilio, sed cubita animi passione, vel dolore commissum est delictum, l. abfentem, §. ult. ff. de penis. Quarta est consuetudo, quae non sit mala & legitime praescripta, cap. cum contingat, de foro comper. & cap. inquisitionis, de accusat. Quinta est, si iudex, qui penam infligere debet, non habet potestatem infligendi penam legis, vt si quis commississet delictum morte dignum, & iudex sit in sacris constitutus, cui est prohibitum morte damnare, cap. in Archiepiscopatu, de raptor. Has causas recenset, & latius probat Castr. d. cap. 1. 3. post secundam conclusionem. Sexta causa est, quando merito speratur ex diminutione penae correctio, & emenda delinquentis, praesertim si pena mortis placet debet. Ita Castr. ibi, concl. 2. & §. alias causas. Septima causa est, si post delictum commissum tranfuit aliquod magnum interuallum, vel tempus, l. si diuino, ff. de penis. Ita Perez lib. 3. ord. tit. 1. l. 1. pag. 735. Anton. Gomez tom. 3. var. cap. 1. num. 8. citans Bart. Albert. Salicet. Bald. Panorm. & alios limitat tamen, nisi fuisset accusatus, & propter eius absentiam non potuit penam imponi. Octaua est, quando accusatus fatetur statim sponte crimen, & non metu probationum: tunc enim pena minui debet, nisi anima, vel Ecclesiae periculum immineret, Syluest. D. Anton. ubi supra, Armil. verb. iudex, num. 32. Turrecrem. cap. omnis, dist. 45. num. 6. Tandem penam minuendi causa iusta est quaevis circumstantia, ex qua delictum leuius redditur; quia cum pena propter delictum incurritur, si hoc decreuit, & illa decreuit debet. Ita Perez lib. 3. tit. 16. l. 9.

12 Secundo nota, has causas tunc tantum esse iustas ad minuendam penam legis, quando lex ipsa non exprimeret nullam aliam debere penam imponi, aut manifesta prohibitione non prohiberet penam mutari, prout dicitur cap. super eo, de raptor. tunc enim non liceret legem transgredi penam mutando, ita Castr. d. de falsis causis.

13 Quinta conclusio. Bene potest etiam iudex inferior penam legis augere ex causa iusta, vt si multi essent publici latrones, vel multa homicidia, & opus esset exemplo. Ita habetur part. 7. tit. 3. l. 8. in fine, & ibi Gregor. Lopez. verb. quifado. Syluest. Nauarr. Turrecrem. D. Anton. ubi supra, Armil. verb. iudex, num. 33. Couarr. plures referens ubi supra.

14 Sexta conclusio. Quando pena non est per legem praescripta, sed arbitrio iudicis committitur, tunc potest iudex penam temperare, prout qualitas, & circumstantia delicti patitur, & in misericordiam potius protendere debet, l. recipiendum, ff. de penis. Ita Syluest. Turrecrem. num. 5. D. Thom. 2. 2. q. 67. art. 4. ad 1. Castr. d. lib. 2. cap. 1. 2. concl. 3. Notat tamen, quòd licet possit tunc iudex penam minuire, non tamen potest omnem penam remittere; quia et si lex iudicis arbitrio committat penae qualitatem, & quantitatē tamen illi liberum relinquit, vt non puniat. Idem tenent docti recentiores Magistri.

15 Hic dubitari potest, an quando pena est arbitraria, possit iudex pena mortis damnare. Perez lib. 8.

lib. 8. ordinam. tit. 9. l. 48. tenet cum aliis, quos refert, partem affirmantem, & dicit le vidisse plus quam semel hoc ita practiciari. Contrarium tamen tenet Simancas lib. 1. in fin. tit. 46. num. 81. & ibi late probat, consule iplos.

DVBIVM XXII.

An y, qui apud iudices intercedunt, vt penas legis remittant delinquenti, peccent.

1 Hæc quaestio ex praecedenti pendet: nam casu, quo iudex peccat remittendo, manifestum est intercedentem pro remissione etiam peccare: nam qui sic rogat, aperte consentit factò, & consiliat; casu verò, quo iudex non peccat, manifestum est licere intercedere. Ratio autem dubitandi est, quia multi viri sancti intercedebant pro reis. Sit

2 Prima conclusio. Nullus potest apud iudicem intercedere, vt tota pena remittatur reo, nisi forte pars laesa rogaret pro eo, qui illam laesit, non vt impunitus euadat, sed vt hac ratione ostendat charitatem, quam ad illum habet, vt vel se erubescat esse inimicus. Patet primò, quia iudici non licet totam remittere penam, vt dixi dub. praecedenti. Ita Castrus lib. 2. de lege pan. cap. 1. 3. concl. 1. & docti iuniores.

3 Secunda conclusio. Quando merito speratur de hominis emenda, qui crimen commisit, licet eam spem habenti pro illo apud iudicem intercedere, vt penam legis temperet, & similiter quando est alia causa iusta ad minuendam penam. Ratio, quia tum iudici licet penam minuire, vt dixi. Ita Castrus ibi conclus. 1. & docti iuniores.

4 Tertia conclusio. Quando nulla est causa iusta ad minuendam penam, vel lex specialiter penae mutationem prohibet, non licet id petere à iudice. Ratio, quia non licet iudici tunc minuire, vt dixit Castrus ibi, §. alias causas, & concl. 3.

5 Quarta conclusio. Quando ex remissione, vel mutatione penae sequitur damnium, vel iniuria parti laesae, vel sit contra ius alicui debitum, tunc non licet intercedere apud iudicem, vt pena iuste debita remittatur, vel minuat. Ratio, quia non sunt facienda mala, vt inde eueniant bona: malum autem est violare ius proximi contra eius voluntatem. Ita Castrus ubi supra, concl. 4. Hæ conclusiones, & rationes sunt desumptae ex D. August. in aliquibus locis, praesertim epist. 54. ad Macedonium, quia illi obiciebat facere contra ius, dum pro impijs fundebat apud iudices preces.

DVBIVM XXIII.

An iudex post sententiam latam, qua pena aliquam damnanti reum, possit penam illam minuire.

1 Respondetur negatiue, siue pena illa esset taxata per legem, siue arbitraria. Ratio, quia iam officio suo functus est. l. quod infir. ff. de re iudic. tradit Bart. l. 1. in princip. num. 1. 4. ff. si quis ius dicentis, & ibi Iafon. Cardin. & Panorm. 3. de penis. Couarr. lib. 2. var. cap. 9. num. 8. Castrus lib. 2. de lege panal. cap. 1. 2. vers. tertia conclusio, & docti iuniores. Sed nota tria.

2 Primum est hoc deficere in crimine haereticis, in

quo hoc speciale est, vt etiam penam per sententiam impostam possit iudex minuire, cap. ut commisi, §. ultimus, de haereticis in 6. Notat Castrus ibi, glossa versum audi. Armil. verbo iudex, num. 10. & docti iuniores.

3 Secundum est, quòd de iure huius Regni (licet aliud esset de iure communi) si iudex damnauit aliquem pena pecuniaria Camere Regis applicanda, potest sententiam mutare, & penam tollere, si reus damnatus esset adeò pauper, vt soluendo non elegerit disponit l. 4. tit. 2. part. 3. & notat ibi Gregor. Lopez. verb. pena, in hoc corrigi ius commune. Idem notat Perez lib. 8. ordinam. tit. 16. l. 9. Auendaño de exequentia mand. Regum. cap. 3. num. 1. 1. vbi dicit hoc procedere, licet pena sit lege statutaria contra Gregorium Lopez. verb. pro yerro, docentem positum, & dicit tantum, quando pena applicatur Regi: sed Gregor. Lopez. verb. mayormente, dicit etiam quando applicatur openbus publicis, vel aliis, quia lex dicit, maxime quando Regi. Auiles cap. 1. Praetor. verb. de rebus alicuius.

4 Tertium est, si iudex (vt plerumque fieri solet) aliquem ob crimen pena pecuniaria damnante, hoc addito, quòd si eam intra id tempus non soluerit, quod praefigit in sententia, publice flagellatur: nihilominus potest iudex, non soluta pecunia, intra eum diem, penam eandem pecuniariam, omitta corporali, executioni mandare, nam si iudex in tali sententia, vt pecuniaria pena delinquentem puniat: vitium tamen corporalis penae comminatione, vt facilius & diligentius pecuniam reus soluat. Ita Cornueus lib. 3. consil. 5. Couarr. d. n. 8. & docti recentiores Magistri.

DVBIVM XXIV.

An iudex inferior possit mutare, vel interpretari sententiam, quam semel tulit.

1 Si prima conclusio. Sententiam interlocutoriam potest quibusvis iudice mutare. cap. quilibet 1. de accusat. l. 2. tit. 22. part. 3. Panorm. quem refert, ac sequitur Armil. verbo iudex, num. 16. Tabien. ibi num. 23. Angel. num. 25. Bart. & Iafon l. iudex posteaquam, & l. si iudex. c. de sentent. & vt iudicem Gregor. Lopez. d. l. 2. vers. lo puerde. vbi dicit, quòd licet varie extiterint sententiae de qua interlocutoria hoc intelligatur: at verius est intelligi de quacunque. Contrarium in interlocutoria vicem definitiuæ habenti, tenet Lanas de attent. 2. p. cap. 1. 2. limit. 1. num. 53. Francus cap. cum cessante, de appellat. non potest tamen reuocare interlocutoriam, quando appellatiõni detulit, vt dixi supra lib. 3. dub. 32. Nec potest etiam quòd ab interlocutoria est appellatum, & iudex à quo est inhibitus per iudicem ad quem, vt ibidem dixi. Nec potest etiam post decem dies sine licentia eius pro quo data est: nec quando appellans fecit expensas, nisi prius resciantur. Hæc Innocent. vt refert, & sequitur Syluest. verbo appellatio, quest. 6. Tabien. ibi quest. 1. 5. n. 1. 8. D. Anton. 3. p. tit. 9. cap. 1. 4. §. 2.

2 Secunda conclusio. Sententiam definitiuam semel à se datam non potest iudex mutare. Ratio, quia functus est iam officio suo. Iudex ff. de re iudic. cap. in literis, de offic. deleg. l. 3. tit. 2. 2. part. 3. vbi Gregor. Lopez. verb. tollit. Tabien. Angel. Armil. ubi supra, Syluest. index. 2. q. 8. Panorm. cap. 1. de postulat.

postulat. Couar. lib. 1. *variar. cap. 1. num. 4. sine*, quod adeo verum est, ut procedat, etiam si postea munitum esset iudici sententiam esse iniuriam ex fide instrumentorum, quae post sententiam ipsi exhibentur. Ita Couar. *ibi*, plures referens. Id etiam procedit in iudice arbitro, *cap. cum olim, de arbitris*, ibique Panor. Syluest. Armil. Tabien. Angel. *ubi supra*.

Nota tamen hanc conclusionem pati aliquas exceptiones. Prima est, quam dixi *dub. praeced. 3.* Ita Gregor. Lopez *versu. toller*, & *ibi* probauit. Secunda est, quando iudex tulit sententiam absente altera parte: tunc enim, si pars altera veniat antequam surgat iudex ex tribunali, in quo sententiam tulit, & petat suas rationes audire, si quando citata fuit, dixit, se nolle comparere, tunc sententia non reuocatur, si vero tacuit, vel dixit se venturum, tunc sententia reuocatur: at in priori casu potest appellare. Ita disponitur *l. 4. tit. 2. 2. part. 3.* & tenet Gregor. Lopez *versu. mitter*, & *eadem l. 4.* Tertia est, quando iudex sententiam diffinitiuam de re principali protulit, nulla tamen mentione facta de accessoriis, scilicet de fructibus, vel redditibus rei principalis, vel non damnauit expensis aduersarij, tunc enim potest eadem die, qua sententiam tulit, & non alia die corrigere & supplere haec accessoria, patet *l. Paulo, la 1. ff. de re iudic. l. 3. tit. 2. 2. part. 3.* & tenet Syluest. & alij, quos refert, *ubi supra*. Greg. Lop. *ibi*, & notat *ibi versu. en aquil dia*, cum Baldo, intelligi de die iudiciali, in quo lata est sententia, non autem de die naturali viginti quatuor horarum: unde si lata fuit sententia hac nocte, non potest etas corrigi. Nota etiam idem esse dicendum, scilicet posse suppleri, & corrigi eandem sententiam, eadem die, quando licet mentionem fecerit de fructibus, vel expensis, non tamen recte de his iudicauit, sed vel defectu, vel excessu in aliqua quantitate. Ita disponit *eadem l. 3.* & notat *ibi* Gregor. Lopez *versu. m. 6. monos*, licet aliqui, quos *ibi* refert, stando in iure communi, sententiam oppositam, dicentes intelligi hanc tertiam exceptionem, quando iudex nullam prorsus de fructibus & expensis mentionem fecit. Quarta exceptio est in crimine haereticis, ut dixi *dub. praeced. num. 2.* Vltima exceptio est in Rege, vel Praefide summo consilij Regij, qui mutare possunt sententiam diffinitiuam a se datam. Ita *l. 3. part. 3.*

Tertia conclusio. Non possunt etiam iudices inferiores suam diffinitiuam sententiam interpretari, quando dubia esset interpretatio, quia si esset clara, & iuri consona, possent. Maiores autem iudices possunt, ita tamen, ut non corrigant, vel mutant, sed tantum declarent. Ita Sylu. *ubi supra*, plures Doctores, & textus referens, vbi etiam docet cum alijs, statuarios deputatos a populo ad condendum statuta, non posse ea interpretari, sed recurrentium esse ad populum, quia illi sancti sunt iam officio suo.

## DVBIVM XXV.

An iudex possit compellere partes ad concordiam, & compositionem.

Si prima conclusio. Regulariter id non potest in ciuilibus, etiam Princeps ex potestate ordinaria, *l. 1. ff. de non operante*. Ratio, quia non

potest alicui ius, quod habet, interdicere. Ita aliqui, quos refert, & sequitur Syluest. *index 1. q. 7. dicto 1.* Angel. *m. 4.* Tabien. *m. 2.* Armil. *m. 4.*

Secunda conclusio. Si lis esset valde longa, & difficilis, & iura partium omnino ignota sunt, potest iudex compellere partes ad compositionem, *cap. placuit, 90. dist.* Ita Panor. *cap. fin. de transact.* Syluest. Armil. Tabien. *ubi supra*.

Tertia conclusio. Si vero iura alicuius partis iam essent aperta, ut quia conclusum est in causa, & sic iudici constat pro qua parte sententiam ferre debeat, non potest ad compositionem partes inducere, nisi ex aliqua speciali circumstantia: ut quando aduersarius, qui ius non habet, est potens, & ad appellandum paratus, & sic multum laederet alterum, qui pauper est, & tunc creditur consilius esse ad compositionem reduci, tunc potest iudex hortari ad compositionem, Syluest. Tabien. Armil. Item, quando esset contentio inter aliquas personas insignes, etiam in ciuilibus, ex qua timeretur graue scandalum, potest iudex, ut & publice paci consulat, ipsas ad concordiam reducere, Petre *lib. 4. ordinam. tit. 8. l. 1. ff. 1483.*

## DVBIVM XXVI.

An homo teneatur ad accusandum.

De hac re agit D. Thom. 2. 2. *quest. 68. art. 1.* vbi duo fundamenta praemittit. Primum est. Hoc distat inter denunciationem euangelicam, & accusationem, quod illa ordinatur ad denunciandi emendam, & sic illi infligitur poena aliqua, ordinaturque ad eandem emendam: haec vero ordinatur ad bonum commune Reipublicae. Secundum est, accusator tenetur probare delictum de quo accusat. Tertio praemittendum est *infra* dicendis, triplicem esse viam cognoscendi crimina, & in his procedendi, scilicet denunciacionis, inquisitionis, & accusationis. Ratio distinctionis est, quia aut crimen est ita secretum, ut nullo modo probari possit, & tunc proceditur per denunciacionem: aut est probabile, occultum tamen, ut distinguitur contra famolium, & tunc proceditur per accusationem: aut est publicum, id est, famolium, & tunc proceditur per inquisitionem: aut est notorium, & tunc non indiget strepitu iudicij, & de his tribus procedendi modis, scorsum est agendum. Quid autem inter hos distet, dicam *infra* in capitibus de denunciacione, & inquisitione.

Quarto praemittendum est *accusacionem*, secundum D. Thom. *esse delationem rei de crimine in libello ad iudicium, propter bonum commune*, id est, manifestatio criminis de homine reo facta iudici secundum ordinem iuris, compellendo eum, ut puniat propter bonum commune, & quia haec distinctio proprie pertinet ad causas criminales, ideo ut omnes accusationes comprehendat, oportet addere, *vel ordinata ad insinuandum interesse accusatoris*.

His suppositis circa propositum dubium, quidam tenent in nullo casu accusationem esse in praecipuo. Ratio eorum est, quia cuiuscunque criminis per denunciacionem consulti potest: ergo non oportet accusare. Ita glossa *cap. quapropter, 2. q. 7. versu. de ferre*. Angel. *verb. accusatio, m. 2.*

Nihilominus dicendum est, quod in causa priuata

uata non tenetur quis accusare. Ratio, quia potest iuri suo cedere, & remittere iniuriam sibi illatam. Verum vbi crimen in commune damnus corporale, vel spirituale redundat, & aliter perfecte medium adhiberi non potest, quia necesse est, ut non tantum damno obuietur, sed etiam, ut reus puniatur ad arcendum alios: tunc tenetur is, qui crimen tale probare potest, & accusare. Ratio, quia tenetur quisque ex charitatis lego bono communi consilere: si vero non potest sufficienter probare, non tenetur accusare, quia accusator tenetur probare crimen de quo aliquem accusat. Ita D. Thom. & Caiet. *supra*. Turrecrem. 1. q. 7. *cap. 1. n. 5.* Armil. *verb. accusatio, n. 6.* Tabien. *m. 2.* Rosel. & Supplementum *ibi*, Sylu. *q. 2. Sotus lib. 5. de iust. q. 5. art. 1. & lib. de fecerememb. 2. quest. 5. conclus. 1. & ibi Corduba, Nauar. cap. 3. num. 3. 2. & cap. inter verba, corol. 60. mon. 6 38.* Simanc. *lib. insinu. tit. 4. num. 1.* Alcozer in *summa, cap. 26. §. 8. de accusator, & alij*.

Oportet tamen hic aliqua notare.

Primum, quod licet in causis proprijs, & priuatis non tenetur quis accusare: at potest compelli a iudice propter bonum commune, ut saltem declaret coram ipso, quis eum offenderit, ut de sua depositione oriatur informatio, vel inquisitio, nisi persona offensa esset de priuilegijs ad testificandum: tunc enim cogi non potest. Anton. Gomez *tom. 3. variar. cap. 1. 2. num. 2. 4.*

Secundum est, quod Bart. *in eion, de accus. asserit*, posse iudicem in casu homicidij compellere offensam partem, ut accuset; quod tamen Nauar. *d. n. 6 38.* dicit communiter reprobari, at verum tenere, vbi homicida esset nimis Reipublicae periculosus, & delictum probari posset.

Tertium est, non teneti quempiam iuridice denunciare ad recuperandum damna, quae accepit, nisi esset adeo pauper, ut non posset familiam suam alere, nisi bona illa ratione iniuriae sibi debita recuperaret. Ita Sotus *d. memb. 5. q. 5. versu. confirmatur*, post secundam conclusionem. Nauar. *d. corol. 60. n. 640.* & docti iuniores.

## DVBIVM XXVII.

An accusacionem debeat necessario precedere secreta monitio? id est, an accusans teneatur prius corrigere reum, ut si corrigatur, cesset ab accusacione.

Quadruplex est sententia.

Prima tenet non necessariò debere precedere monitionem. Ratio, quia accusatio non ordinatur praecipue ad peccatoris emendam, sed ad punitionem, propter bonum commune. Ita tenet Angel. *verb. accusatio, num. 1.* Armil. *m. 3.* Tabien. *num. 1.* Abul. *cap. 18. Matth. q. 97. ad 6.* glossa *cap. licet Helis, de finon. versu. inscriptio, Palud. 4. dist. 19. q. 4. versu. ad argumentum, Turrecrem. cap. si peruenierit, 2. q. 1. n. 30. ad 5.* Nauar. *cap. inter verba, corol. 6. num. 640.* Adrian. *4. q. de correct. §. ad argumentum antea possum; in solutio ad 2.* Sotus *lib. de fecerememb. 2. q. 5. post quartam conclusionem, & Cordub. circa eandem conclusionem, & D. Th. 4. dist. 19. q. 2. art. 3. quasi iudicula 1. ad 4.* Nauar. *lib. 2. de restit. cap. 4. d. mon. 2 54.* dubitat, & saltem dicit, non peccare contra iustitiam, bene tamen contra charitatem.

Secunda sententia tenet, praerequiri monitionem in foro conscientiae, vbi spes emendae esset, & non esset periculum in mora. Ratio, quia lex charitatis pollet, ut quam minimo dispendio fieri possit, damnis occurramus; ergo contra charitatem erit accusare vbi per viam faciliorem, & ex qua non tantum damnus proximus patitur, damno communi occurrere potest. Ita Syluest. *verb. accusatio, q. 3. Durand. 4. dist. 19. q. 4. ad 1.*

Tertia sententia tenet, quod vbi est praecipuum de accusacione, non praerequiruntur monitio: at vbi non est tale praecipuum, sed tantum potest quis accusare, vel non, tunc tenetur praemittere secretam monitionem, si spes emendae sit. Ita Caiet. *supra* *quasi. 3. art. 7. ad 3.*

Vltima sententia media est, & tenenda, & explicabitur aliquibus conclusionibus.

Prima conclusio. Quando accusatio fit ab homine in causa propria priuata ad recompensationem iniuriae acceptae per poenam reo inferendam, non est necesse precedere monitionem. Ratio, quia talis accusatio non ordinatur ad delinquentis emendam, sed ad satisfacionem damni, & iniuriae, propter commune bonum, & in hoc deficit secunda, & tertia opinio, quia haec est vera accusatio, & non est in praecipuo, & tamen non requirit monitionem. Ita tenent Doctores primae sententiae, & Sotus *lib. 5. de iust. quasi. 5. artic. 1. dub. 3.* Nauar. *supra*, & docti recentiores Magistri.

Secunda conclusio. Quando crimen esset publicum, & iudex praeciperet tale crimen accusare, non est necessaria admonitio. Ratio, quia ibi quaeritur per accusacionem, ut Reipublicae fiat satisfactio, cui illata est per scandalum iniuria, & in hoc contentimus cum prima & tertia opinione, nec secunda contradicit, quia ipse Syluest. *ibi quasi. 9.* cum Innocent. & glossa quadam, quam refert, docent huiusmodi crimina, licet emendata sint, licere accusare, & probat ratione dicta, & ita docti iuniores.

Tertia conclusio. Vbi crimen esset occultum, id est, non publicum, & non prosequeretur quis causam propriam, sed alienam non communis, ut quia crimen est Reipublicae periculosum, tunc si quis certissimus est per suam monitionem profuturum omnino, tenetur illam praemittere: si vero non omnino certus esset, tenetur statim denuntiare, vel accusare. Conclusio patet ex *infra* dicendis, *cap. de denunciacione*. Sed probatur prima pars, in qua discrepamus à prima sententia, & illam tenent Doctores secundae & tertiae, & Sotus *loco proxime citato*; quia ille reus adhuc habet possessionem honoris, & famae, & per solam monitionem potest damnis occurrere; & addunt multi iuniores docti teneri ad restitutionem, si denunciat, quia peccat contra iustitiam.

## DVBIVM XXVIII.

An sit licitum accusare delictum, quod quis sufficienter probare non potest, & an semel accusatum liceat iterum accusare.

Si prima conclusio. In causa criminali, qui propriè accusat aliquem ad punitionem, si non est certus de crimine, vel habet testes, quibus legitime probare possit, peccat mortaliter. Ratio, quia

quia iniuriam infero reo, eius famam iniuste laedens, & se exponit periculo talionis poenae. D. Ant. 2. p. tit. 1. cap. 19. §. 5.

Secunda conclusio. Regulariter non licet accusatum de aliquo delicto, iterum de eodem delicto accusare, nisi illud iteret; in aliquibus tamen casibus licet, quos vide in Syluest. *verbo accusatio, quae* 10. ubi ex aliquibus legibus duos colligit casus, qui excipiuntur. Primus est, ubi fecerit accusator doceret primum praerualisse. Secundus, si suum dolorem prosequens, ignorat, accusationem institutam ab alio.

## DVBIVM XXIX.

An pactum, vel iuramentum de non accusando valeat.

1. Vidam dicunt, quod respectu peccati praeteriti iam commissi valet, & sic qui tale pactum, vel iuramentum fecit, tenetur non accusare: at respectu peccati futuri, & perpetrandi nihil valet, nec obligat. Ratio differentiae, quia quando est de peccato praeterito, non datur ansa delinquendi, licet autem quando est de peccato futuro. Ita glossa cap. quemadmodum, de iuricio. Angelus *verbo accusatio* n. 6.

2. Alij tenent, iuramentum tale valere, siue sit de peccato praeterito, siue de futuro, quando est non in causa criminali, sed in civili: at pactum sine iuramento, nec in causa criminali, nec in civili de delicto perpetrando valet. Ita Panorm. d. cap. quemadmodum. Sit tamen

3. Prima conclusio. Quando accusatio est in praecipuo, vel in consilio, quia est promotiva maioris boni, vel feruitij Dei, tunc iuramentum de non accusando nil valet, siue peccatum sit perpetratum, siue perpetrandum; licet enim hoc frequentius inueniatur in peccato futuro: at potest etiam reperiri in praeterito, ut si non sit emendatum, vel pendet in futurum alicuius damnum. Ratio, quia iuramentum de non adimplendo praecipuo, vel consilio, nullum est. Ita Syluest. *verbo accusatio, quae* 6. & aliqui docti recentiores.

4. Secunda conclusio. Quando non est debita ex praecipuo, nec ex consilio, sed est in recompensam propriam iniuriam, vel alterius, vel in ordine ad ipsam accusatorem rei pertinentis, vel ordinata ad commodum temporale, vel accusatio talis in ordine ad animam, est indifferens, tunc valet pactum, vel iuramentum, quia non est contra bonos mores, nec maioris boni impeditum. Syluest. licet non expresse, sed ex eius doctrina ibid. colligitur. Ita nonnulli recentiores Magistri.

## DVBIVM XXX.

Qui prohibeantur accusare, & qui non.

1. Prima conclusio. Quando crimen est priuatum, & nulla poena debetur sisco, tunc illi tantum accusare possunt, ad quos illa iniuria pertinet, quando vero debetur sisco poena aliqua, quia redditur quodammodo causa publica, potest quilibet de populo accusare. Ita tenent plures Iurisprudentes, quos refert, & sequitur Syluest. *verbo accusatio* q. 4.

Secunda conclusio. Si delictum sit contra rem publicam, & bonum commune, tunc potest quilibet accusare, demptis illis, quibus specialiter lege, vel statuto, vel consuetudine prohibetur accusare, ut sunt infames, excommunicati, & aliae personae secundum ius inhabiles ad accusandum, propter aetatem, sexum & conditionem. Ratio, quia accusator est actor, & ideo debet habere auctoritatem, & qualitates ad accusandum, sicut accusator. ff. de accusat. D. Thom. 2. 2. quae. 68. art. 1. ad 1. Sotus de sigillo, membr. 2. quae. 5. vers. sed dubium est, & lib. 5. de iust. quae. 5. art. 1. Syluest. *ubi supra*. Nota tamen tales bene posse, & teneri ad denuntiandum. Ita Sotus, & Caiet. ibi, & latius de hoc dicam infra cap. de denunciatione. Item, nota istas personas posse in causa propria, vel suorum accusare, sicut ff. de priuat. delict. Item, quando delictum est contra aliquam legem, vel diuinam, vel humanam, cuius violatio non est in iniuriam tertiae personae, tunc quilibet, etiam infamis, & excommunicatus, &c. potest accusare; ut si quis non contra legem incedat armatus, vel praeter horam, vel peietet, vel blasphemet: sic notant plures, quos refert, & sequitur Sylu. ibi.

Tertia conclusio. Clerici in causa sanguinis accusare non possunt, bene tamen denunciare, quando delictum est contra ipsos, vel tempore publicam, vel in damnum tertij pendens in futurum. Haec secunda pars probabitur cap. sequenti, de denunciatione. Prima vero probatur: id enim non deebet clericos propter honestatem, & mansuetudinem, quam tenentur representare, cap. his, quibus, 23. quae. 8. cap. clericis, & cap. sententiam, ne clericis, vel monachi. Vnde prohibitio haec est de iure humano, in quo ex causa potest Papa dispensare. Ita Sotus membr. 2. quae. 5. vers. ex hac conclusione, & lib. 5. de iust. quae. 5. art. 1. sine, vnde dum Syluest. *ubi supra* dicit, licere clericis in his causis accusare, nomine accusationis denunciationem iudicam intelligit. In aliis tamen causis, quae non sunt sanguinis, bene possunt clerici proprie accusare in propriis iniuriis, non tamen in aliorum iniuriis, nisi necessitate iuris naturalis urgente, ne rebus odiosis se immisceant, ex cap. siue sacerdos 2. q. 7.

Quarta conclusio. Laici non possunt accusare clericos, nisi in aliquibus criminibus, ut haeresi, laesae maiestatis, facti legio, simonia, Syluest. *verbo crimen* q. 3.

Ultima conclusio. Subditi prohibentur accusare Praelatos, & serui dominos, 2. 2. quae. 7. per totum; sed hoc intelligitur ex odio, secus si ex charitate. Ita D. Thom. 2. 2. quae. 68. art. 1. ad 1. Sotus membr. 2. q. 5. vers. notandum.

Nota tamen ex D. Thom. 2. 2. quae. 68. art. 2. non oportere denunciationem fieri in scriptis, bene tamen accusationem. Quod intelligitur regulariter: nam in criminibus leuibus & notoriis non oportet, ut fiat accusatio in scriptis, licet ff. de accusat. consule D. Thom. 2. 2. quae. 68. art. 3. & 4. ubi alia, & Sotum lib. de secretis, membr. 2. q. 5. & lib. 5. de iust. q. 5. art. 2. 3. & 4. tantum esset hic disputandum an accusato liceat offerre aliqui accusatori, ut desistat ab accusatione, & huic liceat desistere, sed de hoc infra, cap. de reo.

## CAPVT

## CAPVT II.

## De denuncatione.

## SUMMARIUM.

DVB. 1. Quibus casibus obliget ex praecipuo correctio fratrum.

2. Quae sit materia de qua teneatur corrigere.

3. An sit peccatum omittere correctionem timore mortis, vel alio iusto.

4. An persona priuata, vel saltem Prelatus teneatur inquirere peccata, quae corrigantur.

5. An secreta monito debeat praecedere denunciationem.

6. An quando crimen est occultum, & tantum in peccantis damnatum, & secreta monito non predest, teneatur ultra procedere ad testes adhibendum, & tandem ad denunciationem.

7. An sit necessarium prius adhibere unum testem, quam duos? & an possint plures quam duo adhiberi? & an testes debeant esse ex his, qui alias norunt crimen factum.

8. An quando homo dubitat, an sua monito, vel denunciatio se profutura, excusetur a correctione & denunciatione.

9. An omnes teneantur ad denunciationem faciendam, vel aliqui excusetur.

10. An clerici teneantur ad praedictam denunciationem faciendam, etiam in causa sanguinis.

11. An Praelatus, vel iudex possit punire hominem, de quo denunciatum est aliquod crimen.

12. An quando iudex procedit ad denunciatum punitionem, possit eum punire integra legis poena.

13. An denunciator possit esse testis contra delinquentem, ut sit procedatur ad punitionem.

14. An quando iudex, vel Praelatus praecipit denunciare delicta, sit prius facienda secreta monito.

15. An peccata praeterita iam emendata sint denuncianda ad mandatum superioris.

16. An crimina non visa, sed tantum audita, sint denuncianda.

17. An sit denunciandum Praelato, qui creditur melius remedium adhibiturus.

18. An aliqua persona propter privilegium iuris excusetur a denunciando ad mandatum iudicis, vel a restituendo, si iudex eas specialiter vocet, ut testimonium ferant? & an qui ob defectum aliquem sunt facti inhabiles ad restituendum, teneantur denunciare ad mandatum iudicis.

19. An filius teneatur patrem haereticum denunciare Inquisitoribus, & comprehendantur sub edictis talem denunciationem iubentibus.

20. An teneatur illi denunciare ad edicta, vel restituere, si iudex interroget, quibus delictum pro consilio, vel remedio cogitando, vel sub sigillo secreti detectum est.

21. An qui iuravit non denunciare, vel non ferre testimonium, teneatur respondere ad edicta, vel insusur ad Praelato restitueri.

22. An propter damnatum, quod denunciatori, vel reo denunciato sequitur, excusetur quis a denunciando, vel restituendo.

23. Quae sint causa in summa, ob quas quis excusetur a mandatis de denuncianis criminibus.

24. Quae causa excusetur a denunciatione facienda de rebus factis.

25. Quotum temporis daret edicta superioris eum Th. Sanchez Confil. moral. Tom. II.

vi obligandi ad denunciandum, & similiter litera excommunicatoria, quae promulgantur ad patris petitionem, ut sibi aliqua restituatur.

26. An errent iudices, praecipiendo generaliter in edictis malefactores denunciari.

27. Quod sit discrimen inter eam, qui respondet ad edicta, ut testis, & inter eum, qui ut denunciator.

## PROOEMIUM.

**A** NTE QUAM ad dubia denunciamus, aliqua supponenda sunt fundamenta.

Primum, quid sit denunciatio: est enim manifestatio criminis facta superiori, ut remedium, aut correctionem, aut poenam ex officio adhibeat, & differt ab accusatione, quia per accusationem petitur punitio, ac vindicta delinquentis, & ad ipsam praestandum compellitur, & obligatur iudex ab ipso accusatore: per denunciationem vero nil a iudice petitur, sed illius arbitrio, & officio relinquuntur, ut faciat quod debet, & videtur expedire.

Secundum fundamentum. Denunciatio est triplex: Evangelica, Iudicialis, & Canonica. Evangelica est illa, quae fit superiori ad correctionem, & emendam ipsius peccatoris ordinata, ita ut hoc fit principalis finis, & formale obiectum, quod intendit, qui denunciat, & cui denunciat, & de hac dicitur quod fit superiori, non tamquam iudici, sed tamquam patri, & priuatae personae, id est, non ut exequatur partes iudicis, quae sunt iudicare, & punire, sed partes, quas exequitur pater, & quilibet proximus, quae sunt corrigere. Iudicialis est illa manifestatio criminis, quae fit iudici de aliquo peccatore ordinata ad satisfactionem, & recompensam, id est, ut ipse peccator satisfaciatur, & soluat, quod debet, siue id, quod debet, sit damnatum, & interelle alicuius personae particularis, siue sit aliqua poena, vel multa, quae sisco debetur, & ideo ista denunciatio aliquando est publica, id est, quae fit ab officiali publico ad solvendum aliquam pecuniam publicam, quae ex lege debetur. Aliquando est priuata, id est, quae fit a persona priuata, ad satisfactionem priuati damni, & debiti. Haec denunciatio dicitur iudicialis, quia fit secundum formam iuris, & cum solemnitate iuris, scilicet in scriptis, & cum probatione facta ab ipso denunciante: quamvis non sit hoc necessarium, quia etiam de plano, & sine iuris forma fieri potest. Et licet haec denunciatio sit accusatio similis, & saepe sub accumulationis nomine intelligatur: at verè differt ab accusatione proprie dicta, quia accusatio ordinatur ad punitionem, & vindictam publicam, & accusator, qui & actor est, tenetur probare sub talionis poena. In denunciatione vero iudiciali non fit est, quia licet fiat iudici, ut personae publicae, & aliquando ordinatur ad punitionem, id tamen fit a iudice ex officio. Denunciatio canonica est illa, quae fit superiori ad impediendam mala, & damnationem, quae ex peccato procedunt, siue sint in perniciem publicam, siue in damnum tertiae personae. Itaque finis & obiectum istius denunciationis est impedire, & reprimere mala, & incommoda aliorum, ut per iudicem reprimantur. Dicitur canonica, quia iure canonico est inuenta, cuius est omnibus peccatis, & damnis animarum